

422 Gainford, rep. a. 1864 in turri ecclesiae parochialis, dum instauratur, muro inserta.

<p><i>latus</i> <i>sinistrum</i> <i>ad aedi-</i> <i>ficandum</i> <i>adaptatum</i> <i>ornamento</i> <i>caret</i></p>	<p>I O M D O L Y C H N O i V L V A L E N T I N U S O R D C E R I S V I 5 E X I V S S V I P S I V S P O S V I T P R O S E E S V I S I I I I L I I I I p r A E S E N T E E T T O R Q V A T O C O S</p>	<p><i>in latere</i> <i>dextro:</i> <i>aguila</i> <i>sedens</i> <i>coronam</i> <i>lauream</i> <i>tenens</i></p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Descripti ex imagine photographica et ectypo evanido, quod miserunt amici. H. M. Scarth *assoc. journ.* 22, 1866 p. 182 ss. et *gent. mag.* 1, 1866 p. 333.

2 Elementum quartum videtur Y esse, non I. 4 ORD certum est; CERISV Scarth et videtur ita scriptum esse; sed poterit etiam legi GERISV. M' Caul *Brit. Rom. inscript.* p. 248 proposuit *or(iundus) d(omo) Cerisuntis* pro *Cerasuntis*. 7 Formulam supplevi exempli causa. 8 AESESTE II COS Scarth, qui reliqua coniecit ET RVFINO esse, ut fuerint consules a. 153. Mihi hastae duae tantum apparent post nomen prius, quae aut ET esse possunt aut II; deinde TOR mihi videor clare legere, reliqua incerta sunt; de *Extricato* cogitari non posse certum. Etiam *Praesente II et Condiano*, qui fuerunt consules a. 180, in apices litterarum non quadrat. Consulem par, si recte legi, ignotum est.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Dolychen[o I]ul(ius) Valentin[us] ord(inatus)..... ex iussu ipsiu[s] posuit pro se et suis l(ibens) [m(erito)]. [Pr]aesente et Tor[quato co(n)s(ulibus)]

XXXV. VINOVIA

(Binchester).

Tam nominis similitudo quam mensurae itinerarii, quae a Cataractonio (*Catterick*) m. p. XXII Vinoviam ponunt (p. 465, 1; cf. *Ravennas* 5, 31 p. 431, 13 *Vinovia*), quod est Ptolemaei (2, 3, 16) Οἰνωοῦνιον, mansionem eam non longe a *Bishop's Auckland* oppido ad *Binchester* vicum referunt (cf. *Lelandi itinerar.* 1, 79; *Goughs Camden* 3 p. 351. 364; *Cade Archaeologia* 7, 1783 p. 160; *C. R. Smith collect. antiqua* 4, 18 p. 129 ss.; *Bruce wall* p. 353); ubi praeter castrorum vestigia hypocausti Romani pars satis integra servata est. Accedit oppidi nomen in deae tutelaris ibi cultae nomine rediens (n. 427). Videntur ibi in castris fuisse equites nescio quales (cf. n. 423 *praef(ectus) eq(uitum)* et n. 429 *dec(urio)*); tegulae

hypocausti eius, quod dixi, inscriptae sunt nomine quodam lectionis difficilis (vide infra), quod vix recte de *Lingonibus* interpretati sunt, cum tegulae militares non soleant cohortis alaeve vocabulum omitttere. Magis puto de *n(umero)* quodam *Con...* esse cogitandum alioquin ignoto. Cohortem *Cartoviorum* *Camdeni* nullam esse dixi ad n. 425.

Auctores titulorum noti sunt (v. praef. cap. XXXIV) *CAMDENUS* (n. 424. 425) cui quaedam subministrabat *Robertus SIBBALD* *Scotus* (n. 425), *GALE* (n. 424), *HORSLEY* (n. 424. 426. 428) atque ex eo pendens *HUTCHINSON*, *LYSONS* (n. 427. 429), *BRUCE* (n. 423. 430). Ego duos tantum eorum vidi, alterum servatum *Dunelmi* (n. 423), in *Newcastle* alterum (n. 430).

423 In *Binchester* rep. Servatur in bibliotheca *Dunelmensi*.

<p><i>simpurum</i></p>	<p>fORTVNAE SANCTAE M·VAL· FVLVIANV/ 5 PRAEF·EQ V·S·L·L·M</p>	<p><i>patera</i></p>
------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------	----------------------

Descripti. *Bruce* in schedis.

424 *Binchester*; ibi in aram nuper incidi sic inscriptam *CAMD. Built up in the court wall near the gate on the right hand as you enter* *HORSL.*

DEAB
MRB s LÖ
BCLQVV
TIVS F CoS
5 VSLM

p. 51, 4 'ex schedis *Abb. Petri Gnocchi*'; *Th. Gale it. Ant.* p. 11 (inde *Goughs Camden* 3 p. 365 tab. 20 fig. 1); *Horsley* p. 295 *Durh.* 28; *Hutchinson Durham* 3 p. 345.

2 *MATRIBVS·Q·LO...* *Camd.*, Q ante LÖ reliqui omnes habent praeter tabulam *Galii*, quae aperte foliolum *hederaceum* exhibet a Q littera versus sequentis diversum.

Deab(us) matrib(us) Lot..... Tib. Cl(audius) Quintianus b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Camden ed. V (1600) p. 665 ligaturis solutis (inde *Grut.* 90, 8; sed paene recte et ligaturis fideliter servatis 1007, 4 'a *Cottono* atque *Camdeno*'); ex *Camdeno Burton Antoninus Itin.* p. 47 *Donat.*

425 *Binchester* *SIBB.* et *COTT.* Aliud etiam saxum hic nuper erutum lacunis deformatum, quod hanc tamen penitus intuitu subostendit epigraphen *CAMD.*

<p><i>Sibbald:</i></p> <p>CTRIB·OI...T CART·★OVAL MARTI VETTO GENIO LOCI 5 LIT·IXT·</p>	<p><i>Cotton:</i></p> <p>AIRIB OLIST CARTOVAL MARTIVSTIO GENIO LOCI 5 ET BONO</p>	<p><i>Camden:</i></p> <p>..... TRIB·COHOR·I CARTOV..... MARTI VICTORI GENIO LOCI ET BONO 5 EVENTVI</p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Rob. Sibbald cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 295 ibidemque etiam Cottonis exemplum legitur, cui praescriptum est 'Sr. Rob. Cotton sic legit'; Camden ed. VI (1607) p. 603 (inde *Horsley* p. 296; *Hutchinson Durham* 3 p. 345; *Goughs Camden* 3 p. 365; *Newton* p. 115, 82; *Henzen* 5673; *Wright the Celt* p. 280).

Apparet Cottonem et *Camdenum* magis coniecisse, quae in lapide esse possent, quam exhibuisse simpliciter, quae vidissent. Certum videtur non agi de cohorte quadam *Cartoviorum*, sed de *matribus* nescio quibus.

426 *Binchester, lying lose in the kitchen, when I saw it* *HORSL.*

MAT
·SAC·
GEME
LLVS
5 VSLM

Horsley p. 296 *Durh.* 29 (inde *Goughs Camden* 3 p. 365); *Hutchinson Durham* 3 p. 345.

Mat(ribus) sac(rum) Gemellus v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)